



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. CXXVI. Proprietas, Proprium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

n. 35. Unde in criminalibus propositum, in mente retentum, non nisi apud Deum esse punibile, l. cogitationis 18. ff. de pen. l. 1. §. inde sola cogitatio 1. ff. de furt. cap. unum 3. §. criminis. dist. 35. etiam in atrocissimis criminibus, tradunt Dd. communiter in l. quisquis. C. ad Leg. Jul. Majest. & cap. si quis quæst. 1. & in c. felicitas 5. de penis in 6. Farinac. 1. confil. 104. num. 3.

II.

Propositum non frangit, qui mutat illud in melius, c. per venit 3. extr. de jurejur. vid. infr. lib. ult. c. votum.

III.

Propositum & voluntas alicujus inspicienda est ad hoc, ut de facto suo judicetur, c. cum. 54. extr. sent. Excom.

CAP. CXXVI.

Proprietas, Proprium.

Axioma I.

Proprietas dignior & melior est usufructu, l. sciendum 15. §. possessor. 1. ubi Jafon. n. 3. qui satisfacere cog. Angel. in §. si vero. per gloss. ibi in Auth. de Nupr. Bart. in l. si quis in tantum in fin. C. unde vi. l. 1. §. si usufructus 9. ff. L. ad Falcid. Welsenb. 1. confil. 28. num. 20.

II.

Proprietas propter iniquitatem hominum est inducta, cum prius omnia essent communia, c. dilectissimis 2. 12. q. 1.

III.

Proprietatis quæstio tractanda est post causam possessionis & restitutionem factam, cap. 1. de restitut. spoliat. Unde qui petit restitui, proprietatis quæstio ei referri non potest, cap. sollicitudine 2. cap. in literis 5. extr. eod. cum itaque quæstio spoliationis proprietatis quæstionem præcedat, d. cap. sollicitudine. ideoque ante hanc spoliatus debet restitui, cap. querelam 24. extr. de Elect. & proprietate spoliatus respondere non tenetur, donec fuerit restitutus, cap. gnavis 11. extr. de restitut. unde etiam à judicio proprietatis, antequam sit in eo conclusum, potest quis redire ad judicium possessionis, etiam postquam conclusum fuit ex justa causa, cap. pastoris 5. extr. de caus. poss. & propr. cap. significaverunt 36. extr. de restitut. quapropter & in causa possessionis sententia, proprietatis jure salvo, fertur, c. bone 51. extr. de appell. nec quicquam proprietati propter possessionem sententia lata præjudicat, c. cum dilectus 6. extr. de caus. poss. & propr. d. c. sollicitudine 2. extr. de restitut. spoliat. vid. supr. plurim in cap. Possessorium.

IV.

Proprietati studere est ignominia Episcopi, c. gloria 72. 12. q. 2.

V.

Proprietas verborum dum attenditur, plerumque sensus veritatis amittitur, c. propter ea 9. extr. de V. S.

VI.

Propriam causam agere potest, qui accu-

sator esse non potest, cap. omnibus 2. 4. numer. 6.

VII.

Propriis & cujusquam usibus applicatur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, ratio nulla permittit c. ratio 2. 17. q. 4.

VIII.

In re propria cuilibet suæ utilitati inservire licet, l. sicuti 8. Aristo. 5. ff. si servit. vindic. l. fluminum 24. §. ult. l. Proculus 26. ff. de damn. infect. l. 1. §. denique 12. l. si in meo 21. ff. de aq. plur. arc. Andr. Rauchbar. p. 1. q. 27. n. 4. De sua enim aqua potest facere velle suum, ut dicit Bald. in l. item lapilli n. 1. de rer. divis. & c. cum omnes. num. 12. de const.

Limita, nisi quando faciendo quis præjudicaret servituti aliis prædiis debita, l. alius 8. cum seq. C. de servit. Matth. Welsenb. conf. 58. num. 5. inde nec quicquam in proprio fundo ad injuriam vel æmulationem tertii facere aut ædificare permissum, Rauchbar. d. quæst. 27. num. 4. Alex. conf. 175. num. 4. lib. 3. Jafon. conf. 98. col. 2. lib. 1. Marfil. sing. 154. in fin. Corat. 3. miscell. jur. cap. 24. num. 5. Covarruv. 3. var. resolut. cap. 14. numer. 8. Menoch. 2. arbitr. judic. cas. 56. numer. 9. si nimirum nocendi animo fiat, cui Leges & jura non indulgent, l. in fundo 38. ff. de rei vindic. l. si cui 9. ff. de servitut. l. opus novum 3. C. de oper. pub. l. 1. §. ait Prætor 3. §. sunt qui putent 6. ff. ne quid in sum. pub. Carpz. P. 2. const. 41. de fin. 11. num. 4.

IX.

Qui de proprio sibi consulere potest, non debet affectare alienum subsidium. Hinc si miles hospitandus in loco hospitalitatis propriam domum habeat, non potest in alienis adibus hospitalitatem postulare l. 9. §. deinde. C. de Metat. Brunn. C. eod. in fin.

X.

Proprietas cum possessione nihil habet commune. Carpzov. L. 2. Resp. 53. n. 32. & lib. 1. R. 71. n. 10. Causa tamen proprietatis trahit ad se causam possessionis. Carpzov. L. 1. Resp. 73. num. 8.

XI.

Proprio Jure quid possidere præsumitur, non alieno, quod quis penes se habet. Brunnem. Conf. 131. n. 212.

CAP. CXXVII.

Prorogatio.

Axioma I.

Prorogatum tempus idem cum primo tempore reputatur, Hostiens. in cap. præterea. ubi & Decius de appellat. Ea enim iisdem qualitatibus facta, censetur Bart. in l. cum stipulatus sim. mihi à Proculo de V. O. l. 1. §. & post operas 9. de oper. nov. nunc. ubi Alex. Bald. in c. venenabilem. de Elect. idem quoque dicitur de termino prorogato, ut sit idem terminus cum primo, deducunt Dd. in cap. de caus. de offic. delegat. Cardin. in Clem.